



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Ioanne XXI. Dicto XXII. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

VITALIS DE FVRNO Vafatensis Gallus ord. Minorum Cardinalis, quamuis secretis etiam Philosophiæ illustratis, multarum scientiarum cognitione probè excultus esset, Theologiam tamen antiquissimam habuit, scripsitque

Postillam in Apocalypsin.

De paupertate Christi & Apostolorum.

In Prouerbia Salomonis,

In Euangelia lib. 4.

Quodlibeta.

De tuenda sanitate & remediis morborum.

In quartum Sentent. opus nondum vt opinor excusum, quod in Biblioth. Vaticana vidi.

Sermones multos.

Speculum morale totius sacre scripturæ, in quo vniuersa ferè loca & figuræ veteris ac noui testamenti mysticè explanantur. Iacet Auenione in Ecclesia Minorum cum hoc Epitaphio.

*Hic iacet Reuerendus in Christo Dominus Frater Vitalis Ordinis Minorum bonæ memoriæ Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis qui obiit die 16. mensis Augusti. Anno Domini 1327. cuius anima requiescat in pace.*

---

*A IO ANNE XXI. DICTO XXII.  
CREATI.*

ARNALDVS DE VEZA, seu Via Caturcensis Cardinalis Ioannis Papæ 21. dicti 22. nepos, scripsit, vt notat Eifengrein.

Pia quædam in laudem B. Mariæ Virginis. Obiitque Auenione an. 1338.

BERTRANDVS AGERIVS de Turre, Caturcensis  
diœcesis Gallus, Ord. Minorum ex Archiepiscopo Sa-  
lernitano Cardinalis, scripsit

Commentaria in libros Sententiarum.

Sermones Euangeliorum,

Sermones Epistolarum,

Sermones de Sanctis.

De Paupertate Christi & Apostolorum.

Collationes quasdam. Obiit Auenione circa an-  
1324. sepultus in Ecclesia Minorum.

IOANNES RAYMUNDI Conuenarum Comes, ex  
Episcopo Tholosano Cardinalis, scripsit

De Passione Christi.

Sermones diebus festis habitos.

Et alia quædam. Obiit Auenione anno 1349.

HANNIBALDVS DE CECCANO Romanus, Car-  
dinalis & Archiepiscopus Neapolitanus, scripsit, vt no-  
tat Eifengrein,

Vitas Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli he-  
roico versu. Obiit anno 1350. sepultus in op-  
pido S. Maximi prope Neapolin.

IACOBVS FORNERIVS DE SAVARDVNO  
Diœcesis Apamiarum Gallus, ex Episcopo Mirapicen-  
si Cardinalis, demùmque Papa Benedictus 12. Ioannis  
22. decessoris sui de mortuorum animis in maius credi-  
tam sententiam, non asseueranter tamen & absolutè  
latam, ne placitis Ecclesiæ aliquâ fortassis derogaretur,  
tam dilucidè libris editis exposuit, vt nullus superesset  
dubitandi locus; cùmque litteratorum familiaritate &  
consuetudinè nil haberet antiquius, Gregorium Arimi-  
nensem, Thomam Argentinensem & Franciscum Pe-  
trarcham intimos habuit, qui tamen sola necessitudinis  
gloria

gloria potiti sunt, scripsit

De statu animarum, ante generale iudiciū Tom. 2.

Quæstiones XI. eiusdem argumenti.

Vitam S. Ioannis Gualberti, quæ extat apud Suriū.

Sermones per omnes anni festiuitates. Quæ omnia  
in Biblioth. Vaticana seruantur.

De statu Canonicorum.

Decretalem Religiosorum.

De reformatione Benedictinorum.

De statu nigrorum Monachorum.

Carmina quædam prophetica.

Epistolas ad Eduardum 3. Angliæ Regem, quas ha-  
bes apud Vualsinghamum.

Eiusque Regesti & Constitutionum extant volu-  
mina 10. in Vatic. Biblioth. Obiit anno 1342.

Iacetque in Cathedrali Auenionensi.

---

*IOANNIS XXI. dicti XXII.  
TEMPORIBVS CLARI.*

PETRVS AVREOLI Verberius ord. Minorum  
Gallus, Doctor Facundus nuncupatus, ex Archiepisco-  
po Aquësi Cardinalis, longè ante omnes sui æui Theo-  
logos emicuit, plurimâque maximè dignationis, & non  
interituræ laudis elucubrauit opuscula, quæ à Scoto  
Theologi magni, vt par est, æstimant, & doctorum fre-  
quenti impræsentiarum teruntur manu videlicet

In libros Sententiarum opus insigne Ioanni Papæ  
22. dicatum.

Commentaria compendiosa in vniuersam sacram  
scripturam iuxta literalem sensum.

De Conceptione B. Mariæ virginis.

H